



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Justo martyre. Cap[itulum]. ix.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

cer: ac si pro singulis accensa fuisset.  
De sancto Iusto martyre.

Cap. ix.

**I**ustus martyr apud tergestinam civitatem aquilese pvince passus est: repositus diocletiani et maximi imperatorum sub manatio prefecto. Qui dum ad prefatam urbem devenisset: iustum comprehensum fecit: et sibi presentari cepit suadere: ut deus sacrificaret. Qui cum domino iesu christo se sacrificare diceret: iussit eum in carcerem trahi. Eiusque tota nocte in oratione perseverasset: mane ductus et in mare recusantem: fecit eum manatum extrorsum neruis crudis cedi: sed cum illum omnino inuictus cerne ret: mandavit in collo eius et manibus: ac pedibus plumbi pondera ligari: et sic in profundum maris demergi. Qui quasi ad epulas invitatus ipse si bimem pondera plumbi deferebat: et vale dicens fratribus festinando ad litus properabat. Sicque ad locum ductus: et plumbo et alligato in scapha modicissima pontis ductusque in altum pelagi: oratione fusa in mare demergitur: ut autem spiritum deo reddidit: mox funes eius cum plumbo dirupti sunt: et corpus ad litus tergestine civitatis ab undis deductum est ante solis occasum. Eadem nocte apparuit sanctus martyr: cuiusdam presbytero nomine sebastiano: iubens ut corpus eius tolleretur: et cum indulgentia sepeliret. Qui convocatis pluribus christianis: corpus ipsius in litore inventum: intra ipsum locum honorifice tumularunt. Qui passus est. iiii. non. novebris.

De sancta eustochio virgine et mar. Cap. x.



**E**ustochium virgo et martyr apud tarsum cilicie passa est sub iuliano imperatore. Qui cum ibidem existens cum populo deus gentiliu sacrificasset. Eustochium sacrificare nolentem pro nervis bubalis cedi fecit: deinde cornibus capreolarum vngulari precepit: partibusque carnes eius cecidit. Deinde caput eius cum capillis excoxiari et clavos infligi. Et cum hec omnia constanter me tollerasset: et imperator sententiam protulisset: ut membratim coacta in sartagine toreretur orans ad dominum emisit spiritum. Sepultaque est a matre propria in abditissima crypta. iiii. non. novebris.

De sancta Eustochio virgine. Cap. xi.



**E**ustochium virgo sacratissima: paula nobilissime romane filia: et beati hieronymi discipula fuit: De qua idem testatur hieronymus quod in sanctis locis virginitatis et ecclesie monile preciosissimum fuit.

simum fuit. Cum vero mater eius omni relicto seculo et mundanis divitiis ac filiis cunctis: ex urbe roma progressa hierosolimam deo servitura navigaret: hec sola eius propositi et navigatoris comes extitit: sicut supra actum est in vita pauli. vi. kalen. february. Et cum eadem esset mater apud oppidum bethleem cenobium construxit: et cum eadem et alijs sanctis feminis sub beati patris hieronymi disciplina: deo devote servavit: atque post dormitionem generis. i. et eo amplius puellarum mater extitit. Cui beatus doctor regulam deo vivendi constituit et dicitur. Ipse autem ieiunijs et orationibus sacrosanctis liberos et studios interea solite: post agones plurimos pro christo superatos in virginitate proposito in pace quiescit. Sepulta apud bethleem. iiii. non. novebris.

De sancto Victorino episcopo mar. Cap. xii.



**V**ictorinus presbiterus episcopus sub diocletiana persecutione martyr: passus est: qui scientia et doctrina clarus opuscula nonnulla sacre fidei perutilia composuit. Eodemque tempore cum edidit in genevesim: Erodium: Leviticum: Esaiam: Ezechiel: Abacuch: Ecclesiastem: Laticam cati corum: et apocalipsim. Adversum omnes fere hereses libros plurimos scripsit: multaque alia gradioribus sensibus compositione verborum: neque enim eque latina: ut greca lingua pollebat. Sub prefato tandem principe pro eiusdem defensione fides: martyrio vitam apud eandem urbem finivit. Ibi que tumulari faceret. passus est autem. iiii. non. novebris. Hec hieronymus libro de virtus illustribus.

De sanctis alcindino pygastio et aneporhysto martiribus. Cap. xiii.



**P**ygastius et aneporhystus apud persidam passi sunt sub sapore rege persarum: qui eidem regi delati quod christum colerent: et multos converterent: inveniuntur in cella orantes: et a ministris regis capti educti sunt. Dum autem christum confiterentur: primo verberibus durissime cedi sunt: mutatis super singulos eorum in cedendo. x. viris. Rex vero cecidit quasi exanimis: tandem ad se rediens: eos sursum appendi: et deorsum extendi: ac ignem super terponi fecit. Sancti vero christo et apparente te illi ab igne permanserunt: et a vinculis absoluti sunt. Rex autem mutus effectus est: et